



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn


### **Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de**

**Lvgdvni, 1659**

Cap. I. De definitione Sacramenti, numero, ac necessitate  
Sacramentorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41066**




## EXAMEN PRIMVM

Circa materiam de Sacramentis in genere.

## CAPVT PRIMVM.

De definitione Sacramenti, numero, ac necessitate Sacramentorum.

1.  *Votnam ad rationem Sacramenti requiruntur?* Tria. Primò quidem vt sit signum sacrum, sensible, voluntarium, & permanens. Secundo, vt sacra rei sit signum. Tertio, vt aliquam eo vten-  
 conferat sanctitatem. Porro vt sit nouæ legis Sacramentū duo insuper requiruntur, nempe vt conferat aliquam sanctificationem, quando recipitur, & vt illa vi Sacramenti conferatur.

2. *Quid igitur est noua legis Sacramentum?* Res sensibilis, quæ ex Dei institutione sanctitatis & iustitiæ tum significanda, tum efficiendæ vim habet. Qua quidem efficiendæ particula, nouæ legis Sacramenta ab antiquis maximè secernuntur: hæc enim ex opere operato gratiam conferunt, illa autem ex opere operantis, vno vel altero dumtaxat excepto.

3. *Sacramentorum noua legis numerum expone.* In felicissimo innocentia: statu Sacramenta non fuisse, vt fert probabilis Doctorum placitum. Profectò in lege naturæ saltem pro infantibus fuit Sacramentum. In lege scripta Circuncisio, aliæque complura esse cœperunt. Donec in lege gratiæ septem sapientissima Christi institutione perfecta sunt Baptismus, Confirmatio, Pœnitentia, Eucharistia, Extrema-Vnctio, Ordo, Matrimonium. Cuius numeri congruitas ex corporeæ vitæ cum spiritali comparatione desumpta est. Nascitur Baptismate homo, Confirmatione adolefcit, Eucharistia nutritur, Pœnitentia ab ægritudinibus liberatur, Vnctione extrema à criminum expiatur reliquiis. Ordine ad Sacra peragenda instituitur, Matrimonio humana speciei propagati, cuius congregatione Ecclesia resultat.

4. *An sint Sacramenta ad salutem necessaria?* Non sunt absolute, & ex natura rei necessaria ad salutem, quia Deus potuisset alia media ad nostram salutem instituire. Supposita tamen Christi institutione sunt necessaria saltem aliqua necessitate medijs, & similiter necessitate præcepti.

CAP.